Disputatio inauguralis medica de herpete ... / subjiciet Christophorus Erasmus Gockelius ... Anno M. DC. XCV.

Contributors

Gockel, Christoph Erasmus, active 1694-1695.

Publication/Creation

[Altdorffii]: Excudebat Henricus Meyer, [1695]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/wk2ywmwt

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org I. N. SS. T.

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA

De

HERPETE,

CONSENSU & AVCTORITATE

GRATIOSISSIMÆ

FACULTATIS MEDICÆ IN ALMA NORICORVM UNIVERSITATE ALTDORFFINA

pro

LICENTIA

SVMMOS IN ARTE MEDICA HONORES, IMMUNITATES ATQUE PRIVILEGIA DOCTORALIA ritè adipiscendi,

> Publico Eruditorum Examini Jubjiciet

CHRISTOPHORVS ERASMVS GOCKELIVS,

Ulmensis.

Ad d. I. Martii, Anno M. DC. XCV.

horis locoq; consvetis.

Excudebat HENRICVS MEYER, Acad. Typogr. ILLVSTRISSIMO ac GENEROSISSIMO

S. R. I. OLTATVER

L. BARONI ac DOMINO,

DOMINO

CHRISTOPHORO ERASMO,

L. BARONI à RACKNIZ,

Dynastæ in Perneck, S. Ulrich, Ober-Marpurg, & Ober-Kinberg, Domino in Haunsheim, Bergenweiler, Brunnen & Dorndorff &c. &c.

SERENISSIMI ac CELSISSIMI

ELECTORIS PALATINI RHENI

CAMERARIO SPLENDIDISSIMO,

Domino suo maxime gratioso.

Domine L. BARO, Domine gratiosissime.

Vòd Divina favente gratia, post navatam in Tubingensi & hâc Altdorffina Universitate studio Medico operam, hocce ad exoptatum finem perducere potuerim, & Amplissimæ Facultatis Medicæ consensu atque decreto, post exantlata felici successu Examina, ad exhibendam Disputationem Inauguralem admissus fuerim, id omne TIBI Illustrissime ac Generolissime DOMINE L. BARO, Patrone summe, Tuæq; beneficentissimæ liberalitati debeo, qva mihi jam per aliqvot annos frui licuit, non solum in Stipendii Geizighoferiani (cujus DOMINI FVN-DATORIS memoria sit in benedictione) benignissima collatione, sed & incomparabilis Tui thesauri, & pretiosissimorum pignorum Crœsi divitiis longe anteferendorum, Per-Illustrium videlicet & Generosissimorum FILIORVM, liberalibus artibus ac virtutibus indefesso molimine operam navantium, curæ meæ & inspectioni commissione, ac mediante hac gratia ad facienda cum ipsis itinera, nec minus ad ulteriores majoresq; in arte Medica hinc inde faciendos profectus, multorumq; Doctissimorum simul ac Celeberrimo-

rum

rum Virorum favorem, amicitiam, familiaritatem, & experientiam comparandam, occasione subministrata exoptatissimà: Quapropter ut aliquod saltem devinctissimi animi mei existeret municion, Disputationem hanc meam Inauguralem Tibi DOMINE GRA-TIOSISSIME offero, dedico, consecro, Tibique, ac Per-Illustribus & Generosissimis FILIIS, omnem fidem, integritatem, & candorem, in horum præcipuè, quantum in me erit, procuranda & tuenda bona valetudine ac vitâ, avertendisq; incommodis & periculis, sanctè polliceor, spondeo, juro; qvod ipsum etiam opere, & si necessitas postularet, sangvine contestari, pro viribus contendam. Ceterum DEVM Ter Optimum Maximum seriis meis obsecro precibus, ut Te Illustrissime & Generosissime DOMINE L. BARO, cum tota Illustrissima stirpe, vitæ longævitate, aureæ pacis restauratione, prosperæ fortunæ affluxu, corporalibus item spiritualibusq; bonis atqve donis beare ac cumulare perpetuò velit.

ILLVSTRISSIMO ac GENEROSISSIMO


Domino L. BARONI,

Domino ac Patrono meo Summo submissè colendo,

Devotissimus cliens

CHRISTOPHORVS ERASMVS GOCKELIVS,

Med. Cand.





pes sesproperty of anti-pole examinations of the parties of the pa

PONTE FATION DIE

appocrates in Epistola ad Dama-

enim

getum, hominem totum ex nativitate morbum ese, dum educatur inutilem, & alienum auxilium implorantem; dum crescit,
protervum, insipientem, padagogo opus habentem; dum in vigore, audacem, dum crescit miserabilem, ubi labores suos imprudenter recolit ac
jactat, ex maternis enim uteri inqvinamentis
talem prodiisse, olim scripsit. Qva Hippocratis
verba quanquam in sensu morali pracipuè intelligi debeant, sicuti ex contextu lectori patebit, nihilominus in sensu etiam Medico accipi,
hincq, totus ex nativitate morbus, & ex uteri
inqvinamentis talis prodiise, dici poterit: nec

enim internas solium corporis partes omnes & singulas multiplex prehendit morbus, quin & externas idem occupat, adeo ut Eustachius Rudius de affectibus externarum corporis partium libros VII. elaboratos luci publica dederit; hos verò inter molestus quia satis est & turpis Herpes, eapropter post exantlata examina solennia ex Decreto Gratiosissima FACVLTATIS MEDICÆ in hac Alma Noricorum Alt dorffina, eundem affectum in prasente Disputatione Inaugurali descriptum publica ventilationi exponere mecum constitui. Faxit Divinum Numen, ut negotium hoc cedat in Ter Sancti ejus nominis gloriam, & proximi salutem feliciter! a complete estate aspire, much story

rabilent sobt labor. I first desirer records as

Latino serpere serpigo, alias formica corrosiva, sive ignis sacer Celso dictus, est inflammatio Erysipelacea in habitu corporis exteriori, cum pusulis hinc inde serpentibus & sese attollentibus pruriginosis, vel ulcusculis interiora versus rodentibus, à sero acri bilioso, salso, plus minus viscido, ad glandulas subcutaneas deposito, indeq; ad cutem cuticulamq; dissuscenata.

Habeturq; duplex, nempe vel miliaris sive κέγχειας milii cuticulam in vesiculas attollentes, & exasperantes, vel exedens sems essoule Græcis denominatus, Galeno absoluto nomine Herpes, & barbaris quibusdam ut Valesco, Herpestiomenus, notante Petro Foresto Observat. Chirurg. lib. 11. Observ. V. in Scholio, ad interiora vergens cutemq; ipsam, imo carnem subjectam proximam, erodendo exulcerans & depascens: Addunt nonnulli veluti tertiam speciem illam, qvando Herpes medium corporis truncum instar Zonœ, juxta ambitum diaphragmatis interiorem cingit, quæ eapropter à Plinio Zoster, à Scribonio Largo Zona appellatur. minus viscidam, id all particula formia, pinulofisvilci-

Morbum igitur constituit Herpes complicatum, ex intemperiei, magnitudinis auctæ, solutæ unitatis, ac superficiei morbo compositum; respectu qvippe inflammationis Erysipelaceæ ad intemperiem calidam, respectu conjuncti tumoris ad auctam magnitudinem, respectu pustularum pruriginosarum cuticulam attollentium & exasperantium, ad morbos superficiei, deniq; respectuero-sionis & exulcerationis ad solutæ unitatis morbos, Herpes referri potest.

incules perciouses pervertit at-

Subjectum morbi diversimodi sustinet cuticula cum corpore reticulari, cute & carne proximâ, utpote quæ in Herpete exedente depasci solent: Causæ verò subjectum glandulæ subcutaneæ & extremæ vasculorum sluida catholica advehentium hucusqve exporrectæ propagines dici debent: emunctorium siqvidem sanguinis universale integumenta corporis recte statuuntur, ob impedimenta enim vasorum, sibrarum, & pororum transcuntibus sequestrandis facilis mora hic nectitur, prout anecessor, edoctus sum à Spectatissimo Facultatis Medica b. t. Decano, Viro Pra Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo & Experientissimo D. N. D. MAURICIO HOFFMANNO, Med. D. & Prof. Primario celeberrimo, Seveniss. Elector. & Marchion. Brandenburg. at Duc. Wirtenberg. ut & Reipubl. Noribergens. Archiatro summe merito & C. Domino Patrono & Praceptore meo ad urnam us de venerando, Sciagraph. Morbor. Contagiosor. Disp. XXXVIII. th. I. & 2.

V.

Causa proxima existit serum acre biliosum salsum plus minus viscidum, id est particulis lentis, pituitosis viscidisque permixtum, quod dum à sangvine in glandulis subcutaneis deponitur, deinde ulterius sese dissundit, & qvidem si tenue fuerit seu ichorosum versus extimam cutis & cuticulæ superficiem tendens, trajectisque cutis meatibus laxioribus, sub cuticulæ poris arctioribus coërceatur, hanc in vesiculas attollit plurimas, & Herpetem miliarem parit; si verò magis extiterit viscidum, ob lentorem in glandulis subcutaneis diutius detentum, subsistens, ex longiori morâ majorem acrimoniam acqvirens, Herpetem erodentem, ferum sive exedentem gignit; utrumq; autem recentes chyli affluentes particulas pervertit, atque noxiá acrimonia falsa corrumpit, vel etiam lentore nocivo involvit, adeog; per fermentationem quafi contagiosam sese multiplicar, sicque diathesin morbosam satis pertinacem relinqvit.

3E(r.)3E

Herpes autem exedens part Verpendages alcera pra

Causa antecedens quærenda est, in discrasia sangvinis & seri acri biliosa falsa, temperamento Cholericoichoroso, vel cholerico pituitoso vitio hæreditario, ætate fervida juvenili, vel frigida senili.

eft ceno fimile, incheva My us hamor giutinofinal c

Præterea autem symbolum morbificum huc conferunt causæ procatarcticæ, nimirum aër fervidus & æstuans, serum acre biliosum fundens & ad habitum corporis exteriorem per pororum & meatuum in glandulis inductam relaxationem evocans; cibi acres falsi, aromatibus nimium conditi, fumo indurati, casei antiqvi efus, potus vini generosi vel sulphurati, abusus Spiritus vini, motus corporis vehementior, vigiliæ pertinacisfimæ, excernenda per transpirationem insensilem, sudationem, menses, hæmorrhoides, intermissam scarifica. tionem consvetam, fonticulorum occlusionem &c. retenta, denique ira, mœror, curæ graves, & fimilia animi pathemata massam sangvineam exasperantia, vel ad stagnationem & lentorem pituitosum plus minus acrem eundem disponentia.

peris lumings conditioners XIII ec

Progredior ad Signa Diagnostica, que facile colliguntur dum Herpes in fensus externos incurrit : qvod ergò primum attinet Herpetem miliarem, talis cognoscitur ex pustulis in summa cute exiguis milio similibus, & sæpè prioribus sanescentibus novis subnascentibus, & serpendo sese diffundentibus, atque cum rumpuntur liqvorem, inter saniem & pus medium stillantibus; porrò loci affecti colore ex rubicundo & pallido misto.

Herpes autem exedens parva serpentiaque ulcera præ se fert, & foramina multa quæ tamen ultra cutem utplurimum haud progrediuntur; qvandoqve tamen altius penetrant; Siqvidem juxtà Cornelium Celsum ulcus, quod Egma isioudpor Græci vocant, celeriter serpendo, penetrandoque usque ossa corpus vorat: id uscus in æquale est cæno simile, inestque multus humor glutinosus, odor intolerabilis, majorqve qvam pro modo ulceris inflammmatio. fluens, ferom acre bilious XI

Præterea autem Herpetem ab Erysipelate exulcerato distinguere oportet, cum affinis similitudo utrumque intercedat affectum; id quod fiet, si attendamus, erysipelas conspicuâ defluxione derepente emergere, Herpetem verò sensim multoque tempore nec conspicuâfluxione efflorescere; Herpetis pustulas magis aridas existere, iisqve ruptis paucam vel nullam materiam affluere; ex erysipelate exulcerato multam humiditatem, & pus & saniem egredi, Herpetem pruritu, erysipelas verò dolore & ardore torquere; erysipelati semper febrem esse conjunctam, & breviter ac sponte aliquando solvi, contra Herpeti non adesse febrem, & diuturnam Herpetis semper curationem existere.

Proceedior ad Signa Dixerollica,

Prognostica quod concernit signa, Hippocrates Cous Prædictorum 11. XX1. 4. edit. Linden. De illis hæc elocu-Cutus est: Οι ή έρπητης ακινδιωρότατοι πάντων έλκεων όσα νέμετας. δυσαπάλλακτοι ή μάλισα, κατά γε τες κρυπιές καρκίνες. Herpetes autem minime omnium ulcerum, quæ depascendo proserpunt, periculosi sunt, verum maxime difficulter submoveri possunt, quemadmodum cancri occulti:

36(7°)36

Qvæ Romanus Hippocrates Celsus de re Medic. lib. V. cap. ultim. similibus expressit verbis; omnis sacer ignis, ait, ut minimum periculum habet, ex his quæ serpunt, sic prope difficillimè tollitur. Et omninò rem ita sese habere consirmat experientia, in subjectis præsertim cachecticis & scorbuticis, ubi ob recrementorum acriorum falinorum copiam, & majores ad partes affectas affluxum, ulcera diuturna succedunt, difficillime cu-

Præmissis nunc illis, quæ ad theoriam hujus affectus erant necessaria, ad curationem nos accingimus, quæ ad sequentes dirigenda est indicationes: primò ut seri acris biliosi salsi plus minus viscidi ad glandulas subcutaneas cutem & cuticulam tanqvam partes præcipuè affectas futurus affluxus inhibeatur, secundò qvicqvid ejusdem ad partes affectas jam affluxit evacuetur & corrigatur; tertiò pustulæ & ulcera inde enata consolidentur & saon Crofff, sill Cockie, sill Sea Boncil. Frunna

campon at IIX nine and Aq.Cichor.me-Primæ indicationi præter præsidia diætetica, sub calcem hujus dissertationis recensenda, conveniunt evacuantia, tàm Pharmacevtica quam Chirurgica; & inter pharmacevtica qvidem in robustioribus inordinato victui & crebriori repletioni deditis, aut bilem volatilem superiora versus vergentem sentientibus, vomitoria e. g. Aq. benediet. Ruland. F Emet. Mynficht. Syr. Emet. Salæ, Oxysacchar. emet. Ludovic. Sapa vomitoria Sylvii, Gilla Theophrasti sive vitriolum vomitorium &c. præmissis, si in ventriculo quoque adfuerit lympha viscida, tenax, præparantibus, incidendi & resolvendi facultate præditis.

Over Romanus Hippoch IIIX

Eidem verò indicationi qvoq; respondent purgantia, & qvidem si serum biliosum tenue, minusq; viscidum fuerit, blandiora, e. g. Syrup. rosar. solitiv. simpl. & de Ambubeja dictus, Syr. de cichorio cum rhabarb. Extract. rhabarb. Elect. Cholagogon Sylvii, pillulæ angelicæ, pill. de fumar. pillulæ de rhabarb. pillulæ de Fro Qvercetan. &c. Extract. Cholagogon ejusdem &c. serositatis enim supernatantis natura ita est comparata, ut levioribus pharmacis facile cedat & evacuari queat, prout eruditissime demonstravit Magnificus Univers. p.t. Re-Hor, Vir Pra-Nobiliff. Ampliff. Excellentiff. & Experientiff. mus DN. JACOB. PANCRATIVS BRVNO, Phil. &5 Med. D. hujus g Profess. Publ. famigeratissimus, DN. Patronus & Praceptor omni observantia colendus; si verd serum biliosum magis viscidum fuerit, præmissis, vel usus tempore, demum admixtis digestivis idoneis, paulo fortiora, e. g. Extractum Catholicum Augustanor. Extract. panchymagogon Crollii, pill. Cochiæ, pill. Feæ Bontii, Elect. de fucco rosar. scammon. ad 3B. & ultra cum Aq. Cichor. mediante trituratione in emulfionis formam redactum, & propinatum, resina Jalapp. ad B. in A anisi vel elexirivitæ Matthioli soluta, & dulcis stimuli loco pillulis aloëticis permixtus.

exebriori replezioni dedicalix

Inter Chirurgica autem præsidia huc conferre poterint, Venæsectio, aut scarificatio, si utrique patientes assveti suerint, aut sonticuli inustio, aut hirudinum venis
sedalibus facta admotio, aut extremà urgente necessitate,
sicubi serum viscidum extiterit, etiam tentanda salivatio
Mercurialis per inunctionem ungvinosorum Mercurio

vivo permixtorum, juxta receptam methodum institutam; hujusmodi siqvidem auxiliorum ope serum morbificum educitur & imminuitur, sicq; copiosior ejusdem assluxus, ad partes assectas suturus, simul prohibetur.

XV.

Indicationi secundæ cumprimis subserviunt diaphoretica, e.g. absorbentia & invertentia, videlicet Bezoardicum Solare, Martiale, Joviale, Minerale, Antimonium diaphoreticum, C. C. absqve igne præparatum, Regulus antimonii medicinalis, Terra sigillata, Unicornu sossile, Ebur absq; igne præparatum, deinde sambucina & opiata, e.g. Rob. Sambuc. Aq. Sambuc. Theriaca, Mithridatium, Electuarium diascordium Fracastorii &c. & si serum biliosum magis suerit viscidum, maximopere è re esse poterit sequens decoctum lignorum:

By. Rasur. lign. sanct. 3j.

Rad. Enul.

Chin.

Sarsaparill.

Scorzoner.

Gramin. a 3 B.

M. & infunde per noctem in aquæ fontanæ tiiij. dein coq. l. a. ad quartæ partis consumtionem, sub finem adjiciendo

Rasur lign. sassafr. 3iij. semin. senicul. 3is. passular. minor. 3vj.

cinamom. opt. 3j.

Colaturæ clarificatæ adde

Syr. de fumar. 3is.

A + xci succinat. 3j.

Misce.

B

Claris-

R(10.)36

Claristimus Johannes Munnicks in Praxi Chirurgica lib. 1. c.19. decoctum sequens descripsit, diaphoreticum, & alvum apertam servans.

R. Rasur. lign. Quajac. Ziiij. Sassafr. 3vj.
Rad. sarsaparill. 3is.

macerentur per noctem calide in aquæ puræ tov. dein f. a. coq. addendo

Rad. laphat. acut. rec. 3iij. Herb. fumar. Mij. chamapit. Mj. Pulp. colocynthid. 3]. liquirit. ras. 3 Vj. F. Colatur. ad fbiij.

XIV.

Nec minus è re foret Infusum herbæ Theæ cum rasur. lign. sassafr. qvotidie mane jejuno ventriculo sorbillando epotum, aut Decoctum solius rad. Chin. & Sarsaparill. cum passulis paratum, aut Serum lactis cum Conserv. Rosar. palato suave factum. Dn. D. Simon. Schulzius Miscellan. Natur. Curios. Decur. 1. Ann. III. Observ. V. fequens decocum proficuum expertus est, sexies paratum, & qvotidie mane & à meridie horâ qvarta ad zij. cum syr. acetos. citr. 3B. propinatum virgini, annos tredecim natæ, subsecuto sudore, qvæ Herpete miliari correpta, per aliquot septimanas male habuerat.

R. Rad. Chin. pond. non lign. in taleol. sect. farfaparell. aa 3 vj. saffafr. ziij.

Santal. citr. 311.

Infund. per horas 18. in aq. fontan. cal. to ijis. tum l. art. decoq. in M. B. sub fin. decoct. adde

BE(11:)38

Cinamom. el. 3 iij. Liquirit. ras. 3 j.

Colaturam per residentiam optime depuratam, serva pro usu.

XVII.

Qvoad III. Indicationem, primò pro recrementiciis particulis biliosis acribus salsis & ad cuticulam jamdum protrusis, & inter eam, corpus reticulare, cutem & carnem proximè subjectam commorantibus, solvendis, proliciendis & temperandis, balneum sequens medelam dabit.

Be. Rad. lapath. acut.

scrophular. ā ziij.

Herb. fumar.

Folior. lapp. major.

plantagin. a Mij.

Flor. verbasc.

melilot.

chamamel.

sambuc. ă Mj.

Sem. lin. 3is.

₽ viv. 3vj.

O crud. ziij.

M. Incisa dentur ad chartam S. Species jum Bab.

Vel R. Folior. Hyssop.

Salv.

Plantagin.

Veronic. a Mij.

Flor. Verbafc.

Hyperic.

Chamamel.

Sambuc. a Mi.

B 2

Baccar.

36(12.)36

Baccar. laur.

juniperi ā zij.

Lvad _ ma Calc. viv. to B. mains has as green

← crud. 3 viij. ⊕ marin. 3 iiij.

Incis. & contus. gross. mod. M. D. ad chart. S. ut ante.

Tohannes Hartmannus in Praxi Chymiatrica cap. 273. herpetem miliarem, ut & verum, testatur mitigare aq. calc. vivæ, si calide cum petiis applicetur, addit verò, eandem adhuc potentius operari, si alumen dulce vel sacchar. † ni in ea fuerit solutum, qvòd fi profundius malum serpserit, & cutem exulceraverit, cremorem calcis vivæ alicui mundificanti admiscendum esse, sed & decoctum persicariæ, aut fol. rub. idæi ex aqva & vino Herpetes. præsertim tibiarum, non tantum mundificare, sed etiam ex toto sanare. Porrò nec minus mirificè prodesse solet pro abluendo herpete miliari sequens:

W. Aq. pluvial. thij. in quib. dissolv. ⊖ commun. 3B. vitriol. alb. 31j.

Misceantur ad usum.

Johannes Heurnius in notis ad cap. IV. lib. VII. pathol. Jobannis Fernel. fæcem vini inter duo lintea applicatam pro secreto commendavit. Amatus Lusitanus in simili morbo mixturam ex succi plantaginis & solan. a # B. acet. rofac. 3ij. panno lineo intinctam malo superposuit & sæpius innovavit, vid. centur. 2. curat. 37., sed cum malum perseveraret cataplasma sequens parari justit:

R. Plantagin. Rofar.

36(13.)36° Solan.

Caud. eqvin. aa Mj.

facta fuit decoctio in aq. sufficiente quantitate, posteainstituta colatura, prædictas herbas in mortario dein contundi mandavit, qvibus addidit farin. hord. lentium aa žiij. vini granat. acid. ziij. demumqve cum prædicti decocti quantitate, ad mediocrem spissitudinem sufficiente, cataplasma paravit, atque applicuit, exulceratis autem pustulis visis, ad unguent. de plumbo devenit.

XVIII.

Interea pro ardore molesto demulcendo folia tussilaginis recentia imposita conferunt, prodest etiam pulv. cretæ cum lacte mixtus quod & meigu mihi præcipue laudavit, Vir Pra-Nobilissimus. Amplissimus, Excellentissimus atg. Experientissimus Dn. Joh. MAURICIUS HOFFMANNUS Junior, Philosophia & Med. Doctor, Chem. atg. Anatom. Profess. publ. celeberrimus, Academiag, Leopoldo-Imperialis Natura Curiosorum Adjunctus, DN. Praceptor, Fautor atg. Studiorum meorum Patronus æviternum devenerandus, co-lendus; sic etiam lapis scissilis deprædicatur; vel

Unquent. alb. Rhaf. 31. succi plantagin. 3ij. ← crud. pulverisat. 3j. M. f. Unguentum.

XIX.

Valescus de Taranta arcanum certissimum, à Timeo etiam confirmatum Casuum Medicinal. lib. VI. cap. 10. p. 269., sequens posteritati reliquit. R. Lanam succidam ovis vel mutonis, torrefac in cacabo super ignem, donec sit nigra & arsa, tunc pulverisetur & distemperetur cum aq. rosarum donec sit quasi encaustum, cum quo scribimus,

& hoc

& de hoc encausto benè spisso cum plumà circumliniatur formica, id est herpes, & siat linitio hæc bis in die aut ter: nempe in diluculo, vesperi, & in principio nostis; & panno lineo contineatur non stringendo. Memoravit autem idem Valescus, se non vidisse Medicinam in isto casu magis expertam, & constare ratione, qvia desiccat & stringit: in qvot locis herpes incipit, in tot sieri oportere linitionem, qvia ægram partem curat desiccando, & sanam desendit stipticando & roborando. Contra tamen testatur paulò ante allegatus Schulzus, puellam prædistam tredecim annorum hujus arcani usum perferre non potuisse, sed post inunctionem de summo dolore conquestam suisse, ut eapropter ipse tale substituere maluerit linimentum:

R. Rad. lapath. major. enul. ä zj.

contusa coquantur in sufficiente quantitate aceti ad formam cataplasmatis, trajectis per setaceum adde

A pulverisat. 3is.
O pulveris. 3is.
Creta pulverisat. 3ij.
butyr. non salit.
ungvent. rosat. Mes. a 3x.
cera alba parum.

M. f. linimentum.

XX.

De reliquo ut ulcuscula, in miliari superficialia, in exulcerato autem herpete altius penetrantia, consolidentur & sanentur, præcipuè conveniunt sequentia: Vnguentum ex lithargirio aureo & oleo olivarum sine igne in mortario plumbeo longâ tritione mixtum, vel unguentum enulatum cum mercurio, vel unguentum

R(15.)

de minio, vel unguentum diapompholygos, vel unguent. alb. camphorat. vel fi malum pertinacius fuerit.

Bulliant in phiola vitrea ad consumptionem quartæpartis, colatura pro ablutione adhibeatur, deinde imponatur sequens ceratum Hieronymi Fabricii ab Aquapendente descriptum de tumoribus lib. 1. cap. 20.

R. Succi tabac. Ziij.

cera citrin. noviss. Zij.

resin. pin. Zis.

therebinth. Zj.

Ol. myrtin. q. s. ad formandum ceratum molle.

Qvod si verò ulcuscula in altum nimis serpserint, unguent. sequens filamentis aridis industum ulceratis partibus admovendum, & apposito desuper cerato de cerussa, ne decidat, conservandum substituit Johannes Scultetus Arm. Chirurg. part. 2. Observ. 89.

R. Cerat. citrin. zij.

Ol. myrtin. zvj.

M. f. Unguentum.

Paulus Barbette in Chirurgia part. 2. lib. III. cap. VIII. in herpete pertinaci tale proposuit Unguentum.

R. Lapid. prunell. 3j.

Flor. & ZB.

Ol. rapar. veter. q. s.

M. f. Linimentum.

Jam verò ut Curatio hucusque proposita laudabilem sortiatur eventum, Diætam sequentem ut observet æger necessarium erit: Nimirum is primo versetur în aëre temperato frigido & humido, qvalis si natura haberi nequeat, arte paretur, cubiculum gelida aqva, vitium foliis & capreolis, falicum ramulis, rofis, violis, rubi germinibus, & id genus aliis subinde aspergendo, ex consilio Eustachii Rudii de humani corporis affectibus externis lib. V. cap. 16. secundo ex cibariis lactuca, cucurbita, portulaca, acetofa, oriza, ptisana hordeacea, & similia sangvinem refrigerantia assumantur, contra dulcia, acria, aromatica, fumo indurata relinquantur; pro potu concedatur aqua hordeacea aut decoctum aliquod epicerasticum; tertiò qvies præ motu vehementiori admittatur; qvarto vigiliæ immoderatæ coërceantur; qvintò excernenda per alvum, urinam, sudorem, transpirationem insensilem, menses, hæmorrhoides &c. promoveantur; sextò denique animi pathemata immoderatum tum corporis tum animi motum inferentia, & præsertim iracundia crebrior,

omni studio vitentur.

S. D. G.

ERRATA potiora,

qua propter festinationem remanserunt, B. L. haud gravatim ita corrigat.

Pag. 1. in præfatione lin. 7. pro dum crescit, leg. decrescit. ibid. lin 13. post accipi adde possunt, pag. 3. lin. 11. pro Zonœ, leg. Zonæ. pag. s.ilin. 1. pro discrassa leg. dyscrassa. pag. 6. lin. 6. pro in æqvale, leg. inæqvale. pag. eadem lin. 17. pro affluere, leg. effluere. pag. 8. lin. 14. post colendus adde in Remoris ac Impedimentis purgationis Exercit. IV. Th. 35. pag. 94.